

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Capvt. V

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

& nutrit ferarum bestiarum, maxime serpentium, in eius agris oppidi nulla nascitur, & si quando allata ibi ponatur, statim moritur: neq; id solum ibi, sed etiam terra ex his locis, si alio translatâ fuerit, similiter efficit. id genus terræ etiam Balearibus dicitur esse, sed aliam mirabiliorē virtutem ea habet terra, quam ego sic accepi. C. Iulius Masinissæ filius, cuius erant totius oppidi agrorum possessiones, cum patre Cæsare militauit. Is hospitio meo est usus, ita quotidiano coniunctu necesse fuerat de philologia disputatione. Interim cum esset inter nos de aquæ potestate et eius virtutibus sermo, exposuit esse in ea terra eiusmodi fontes, ut qui ibi procrearentur, uoces ad cantandum egregias haberent. Ideoq; semper transmarinos castos emere formosos, & puellas maturas, eosq; coniungere, ut qui nascerentur ex his, non solum egregia uoce, sed etiam forma essent non inuenista. Cum hæc tata uarietas sit disparibus rebus natura distributa, quod humanum corpus est ex aliqua parte terrenum, in eo autem multa genera sunt humorum, uti sanguinis, lactis, sudoris, urinæ, lachrymarum. Ergo si in parua particula terreni tanta discrepantia inuenitur saporum, non est mirandum, si in tanta magnitudine terre innumerabiles succorum periantur uarietates, per quarum uenas aquæ uis percurrentis tincta peruenit ad fontium egressus, & ita ex eo disperses uarij, perficiuntur in proprijs generibus fontes, propter locorum discepantiam, & regionum qualitates, terrarumq; dissimiles proprietates. Ex his autem rebus sunt nonnulla, quæ ego per me perspexi, cetera in libris græcis scripta inueni, quorum scriptorum hi sunt authores, Theophrastus, Timeus, Possidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna uigilantie, et infinito studio, locorum proprietates, aquarū virtutes, ab inclinatione cœli, regionum qualitates ita distributas esse scriptis declarauerunt: quo rū secutus ingressus, in hoc libro perscripti, quæ satis esse putavi de aqua uarietatibus, quo facilius ex his prescriptionibus eligant homines aquæ fontes, quibus ad usum salientes possint ad ciuitates municipiaq; perducere. Nulla enim ex omnibus rebus tantas uidetur habere ad usum necessitates, quantas aqua. Ideo quòd omnium animalium natura, si frumenti fructu priuata fuerit, arbustisue, aut carne, aut piscau, aut etiā qualibet ex his reliquis rebus escarum uendo poterit tueri uitam: sine aqua uero, nec corpus animalium, nec ulla cibi uirtus potest nasci, nec tueri, nec parari.

Quare:

DE ARCHITEC. LIB. VIII. 199

Quare magna diligentia industriaq; querendi sunt & eligendi fontes, ad humane uitae salubritatem.

DE A Q V A R V M . E X P E R I M E N T I S .  
C A P V T . V .

EXPERTIONES autem & probationes eorum sic sunt prouide  
nda. Si erunt profluente& aperte, antequam duci incipientur,  
aspiciantur, animoq; aduentatur, qua membratura sint qui circa eos fontes  
habitant homines. Et si erunt corporibus ualentibus, coloribus nitte  
dis, cruribus non uitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi. Itē si fons  
nouus fuerit fossus, & in uas Corinthium, sive alterius generis, quo d erit  
exere bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit, optima erit. Itemq; in  
atheno si ea aqua deferuerit, & postea requieta & defusa fuerit, neque  
in eius aheni fundo arena, aut limus inuenietur, ea aqua erit item probata.  
Item si legumina in uas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, cele  
riter percocta fuerint, indicabunt eam aquam esse bonam & salubrem.  
Non etiam minus ipsa aqua, quæ erit in fonte, si fuerit limpida & per  
lucida, & quocunq; peruerterit aut perfluxerit, si muscus non nasceretur,  
neq; iuncus neq; inquinatus ab aliquo inquinamento: is locus fuerit, sed pu  
ram habuerit speciem, innuetur his signis, esse tenuis & in summa salu  
britate.

DE PERDVCTIONIBVS ET LIBRATIO  
nibus aquarum, & instrumentis ad hunc usum.  
C A P V T . V I .

N VNC de perduktionibus ad habitationes moeniaq;, ut fieri oportet  
explicabo, cuius ratio est prima perlibratio. Libratur autem  
dioptris, aut libris aquarijs, aut chorobate: sed diligentius efficitur per  
chorobatm, quod dioptræ libræq; fallunt. Chorobates autem est regula  
longa circiter pedū .xx . ea habet ancones in capitibus extremis æquali  
modo perfectos, inq; regulæ capitibus ad normam coagmentatos, & in  
ter regulæ & ancones à cardinibus compacta transuersaria, quæ habent

BB 3 lineas

oppidinu  
q; id solum  
efficit. Id  
rem uirtu  
filius, cuius  
militauit. Is  
philologia  
uirtutibus  
rearentur,  
marinos ca  
ut qui nasce  
non inueni  
buta, quod  
ulta genera  
rum. Ergo  
porum, non  
succorum re  
s tincta per  
ficiuntur in  
regionum  
n rebus sunt  
ipta inueni,  
s, Peſidoni  
uigilante,  
inclinatione  
uerunt: quo  
aui de aqua  
mines aqua  
q; perdu  
um necessita  
frumenti fru  
i qualibet ex  
qua uero, nec  
nec parari  
Quare